ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Nobilissime Hugeni,

mitto Venerem Britannicam, sive Poëmation meum, quo augustis Celsissimi Auransiorum Principis Nuptijs gratulor. Nec enim fas fuerit siluisse Hollandiam, proficiscente ad regiam Sponsam futuro Hollandiae Gubernatore. Exemplar illud aureis malis rosisq. consparsum velim Celsissimo Principi Auriaco per Te exhiberi, et una meum totum officiumq. mea omnia submisse Celsitudini ipsius offerri. Saepius, mi Hugeni, mea causa depuduisti. Iterum rogo te obsecroq. ut honesta vocis tuae suffragatione hunc laborem meum prosequaris. Devovi Musas meas domus Nassoviae laudibus. nec latius ullum gratiusq. argumentum obvenire mihi sentio, quam hoc ipsum. Est exemplar quod N. T. inscripsi. reliqua distribue in castris quibus voles. Misi exemplaria aliquot in Britanniam ad Heenvlietae dominum. Epigrammata tua cum censura mea de comparationis gradibus propediem expecta. Constantino Tuo loquar intra dies paucos. Nam Poelgeestam abeo, ut animum à studijs fessum recolligam. Vale Vir Maxime, et feliciter vive.

Amstel. XX Maij. CIↃIↃCXLI.

N. T.
observantissimus
Caspar Barlaeus

Scripsissem in Titulo Foederati Belgii Gubernatori, ut monitus per D. Vicefortium, verum antequam veniret Amstelodamum iam impressa erant frontispicia.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Barlaeus) 144
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2713

144

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Barlaeus) 144
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2713

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Barlaeus) 144
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2713

A. mijn heer
mijn heer Constantinus Huijgens
Ridder, heer van Zulichem, Raad
en Secretaris van syne
Hoocheijt,

port

Burly

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Barlaeus) 144
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2713